6v

in momenta. Momenta in uncias. Uncias
in athomos quia indiuisibiles sunt. Denique
et omnis numerus diuidi potest usque ad uni-
tatem que insecabilis athomus dicitur. De corpore
Corpus aliquod diuiditur per partes su-
as. Illa autem pars modica pars que diui-
di non potest athomus uocatur.
Quantum modus est in illis minutiis
que apparent in radiis solis. que tamen con-
sistunt paruitatis ita per quinde exterminet
perspici nequeant. EPLA SENECE

Ita fac mi Lucili uindica te tibi. et tempus quod adhuc
aut auferebatur aut subripiebatur aut ex-
cidebat collige et serua. Persuade tibi hoc sic
esse ut scribo. Quedam tempora eripiuntur nobis. quedam
subducuntur. quedam effluunt. Turpissima ta-
men est iactura que per neglegentiam fit. Et si uo-
lueris attendere. maxima pars uite elabi-
tur male agentibus; magna nil agentibus; tota
uita aliud agentibus; Quem mihi dabis qui aliquod
pretium tempori ponat. qui diem estimet. qui intelli-
gat se cotidie mori. In hoc enim fallimur quod
mortem prospicimus. magna pars eius iam preteriit.
Quicquid etatis retro est. mors tenet. Fac ergo
mi Lucili quod facere te scribis. omnes horas
complectere. Sic fiet ut minus ex crastino pen-
deas. si hodierno manum inieceris. Dum dif-
fertur uita transcurrit. Omnia Lucili ali-
ena sunt. tempus tantum nostrum est. In huius rei unius
fugacis ac lubrice possessionem natura nos